

Cambridge University Press

978-1-108-04262-8 - Liber de Illustribus Henricis
Edited by John Capgrave and Francis Charles Hingeston
Excerpt
[More information](#)DEDICATIO.¹

[HENRICO, Dei gratia regi Angliæ et Franciæ Dedication
dominoque Hiberniæ, suus infimus servulus, Frater ^{to Henry} VI.
Johannes Capgrave,² Doctorum minimus, Fratrumque
Heremitarum Sancti Augustini exiguus, potestatem
firmam, consilium secundum, et regimen solidatum.

Omnipotens³ Sermo Ille, Qui a regalibus quidem
sedibus, juxta Sapientem, venit, durus bellator est ad-
versus eos qui, feroci animo regnantes, populos in
virga ferrea premunt et castigant. Hoc enim fatetur
Psalmista in eo loco ubi ait: “Quam terribilis est,” in-
quit, “apud omnes reges terræ.”⁴

Sed et iis qui sub timore Dei eruditи sunt, et popu-
los in veritate⁵ judicant, inter eos constituti quasi ex
illis, iis quidem efficitur idem Sermo, juxta almi
patriarchæ Jacob vaticinium,—“Panis pinguis præbens
delicias regibus.”⁶ Et quum, juxta vota populorum,
rex noster a primordiis suis innata floruit pietate, ita
ut de eo verissime præconizetur illud beati Job :—

¹ The greater part of this Dedi-
cation has been necessarily supplied
from the MS. C.C.C., (with which
the whole of the Cottonian MS. has
been collated), as, with the excep-
tion of a few lines at the end, this
portion of the latter MS. has been
destroyed by fire. Two leaves of a
MS. which could have had no con-
nection whatever with Capgrave's,
or, indeed, any other historical work,

have been bound up with the
Cottonian MS. as if by mistake for
the missing leaves of the Dedication.

² *Capgrave.*] This word has
been added above the line in a
later hand, apparently that of Bale.

³ Wisdom, xviii. 15.

⁴ Psalm lxxvi. 12.

⁵ *in veritate.*] These words have
been added above the line.

⁶ Genesis, xl ix. 20.

A

Cambridge University Press

978-1-108-04262-8 - Liber de Illustribus Henricis
Edited by John Capgrave and Francis Charles Hingeston

Excerpt

[More information](#)

Dedication, “Quum ab infantia crevit mecum miseratio, et ab utero matris meae egressa est mecum,”¹ recte dulcedine Verbi debriatus æmulos pacis prosternet, et omnia sibi bona, tanquam vero pacis filio, et sicut præoptant, subdite provenient. Impleta enim sunt in populo isto quæ olim Moises in populo Israel implenda etiam ipse moriturus expressit. “Provideat,” inquit, “Dominus Deus spirituum omnis carnis hominem, qui sit supra multitudinem hanc, et possit exire et intrare ante eos, et educere illos vel introducere, ne sit populus Domini sicut oves absque pastore.”²

Hoc³ Moisei vaticinium in persona vestra, gloriissime domine, nobis accepimus consignatum, qui ab ipsis cunabulis regimen regni accepistis, et sceptrigeram tenetis potestatem. Introducere enim populum, vel educere, ad auctoritatem vestram pertinet, qui viam morum elegistis optimam, et vitiorum respuistis abrupta.

Nomini ergo vestro, quod non sine mysteriis latet, hoc opus devovi; deprecans ut præsens labor etsi non facundia redoleat, placeat tamen dantis animæ fidelitas. Ad ampliandum enim desiderium vestrum in optimis viris sequendis hunc libellum edidi, ubi laudes eorum qui nomen vestrum sortiuntur ex veterum libris collegi, quatenus vos, qui hoc nomine laureamini, virtutem quoque nominis imitemini.⁴

Etymology Etsi enim apud auctores hoc nomen etymologiae non inveniatur, sed neque expositum, ego tamen, magnam hujus rei convenientiam fodiens, puto quod ex Hebræa lingua, quæ omnium linguarum mater

¹ Job, xxxi. 18.² Numbers, xxvii, 16, 17.³ *Hoc . . . vaticinium.*] Written (by mistake) hunc . . . vaticinium in the MS.⁴ *imitemini.*] The MS. has only “imitate,” and this has been written upon an erasure, but is evidently intended for “imitemini,” though there is no mark of abbreviation.

Cambridge University Press

978-1-108-04262-8 - Liber de Illustribus Henricis
Edited by John Capgrave and Francis Charles Hingeston

Excerpt

[More information](#)

DE ILLUSTРИBUS HENRICIS.

3

est, sumpserit exordium. “ Hen ” enim, ut aiunt in- Dedication.
terpretes, “ Ecce fontem ” vel “ Ecce oculum ” sonat; “ Ri,”
sive “ Rei,”—ut apud quosdam codices alternantur,—
“ Pastor meus,” sive “ Pabulum meum ” est; et “ Cus,”
“ Æthiops ” vel “ Tenebrosus.”¹

Fit ergo ex his simul collectis talis sensus ut is,
qui hoc nomine laureatus est, fontem amplectitur, quem
cervus sitiens, et æstatem renovans, currens, desiderat.
Oculum quoque mentis a trabe festucaque emundans,
patienter expectet quousque sibi dicatur, ut olim Disci-
pulis dictum est Domino:—“ Beati oculi qui vident quæ
vos videtis.”² “ Pastor meus,” sive “ Pabulum meum,”
huic nomini satis congrua germanitate jungitur, pro eo
quod duxor totius gregis rex noster sit, non solum
auctoritate præcellente, verum sed et bonorum operum
exercitio, quod populus devote audiens, hoc, tanquam
pabulum, mandit. Porro Æthiopica tenebrositas sola
ad hoc refertur, ut credam regem nostrum a spurcitis
pessimis mundatum, innoxium, ergoque et immunem,
nec alicuius tetri coloris fuligine decoloratum.

Hæc præambula, domine mi, prudentiam vestram
non gravent. Non enim ad materiam tantam sine
præfatiuncula ausus sum accedere, ne, irreverenter ap-
propriens, projiciar a tanta dignitate. Sic enim scrip-
tum est:—“ Qui perscrutator est majestatis opprimetur
a gloria.”³

Sub brevi autem annotatione ea de quibus agenda Summary
sunt hic distinxii:— of the con-
tent of this work.

Prima Pars de viris agit illustribus qui hoc nomine work.
in Imperio floruerunt.

Secunda autem de iis qui consimili nomine in hoc
Regno honore regio⁴ claruerunt.

¹ See the “ Hebraicorum nominum
interpretatio in Bed. Opp. iii. pp. 427;
458; 407. (Ed. 1612.)

² S. Luke, x. 23.

³ Proverbs, xxv. 27.

⁴ honore regio.] These words
have been inserted above the line.

Cambridge University Press

978-1-108-04262-8 - Liber de Illustribus Henricis
Edited by John Capgrave and Francis Charles Hingeston

Excerpt

[More information](#)

Dedication. Tertia de aliis, hic et alibi¹ succedentibus, quorum nomina memoria digna fuerunt.

Habebit ergo dominus meus rex et in agendis mores optimos, et in credendis fidem firmissimam, et in judicandis regulam tutissimam, ex his viris, sibi et nomine et sanguine propinquis, qui ipsum præcesserunt.

Custodiat Dominus Deus regem nostrum hunc in decore suo, et in gloria qua coronavit eum mater Parisiensis, et altera non minus dilecta mater Londoniensis, ad laudem Dei, et rectorum condignam memoriam. Nam, ut pie credimus, mater illa prima adhuc in visceribus suis multos habet filios, regi nostro satis affectos; et non minus credimus matrem illam famosissimam quandoque spurcias suas evomituram, regemque nostrum cum gloria suscepturam. Annuat hoc Deus]² tempore nostro,³ ut [simul vivant et simul gaudeant] hæc duo regna, juxta quod vaticinatus est propheta Ezechiel, dicens:—[“Et rex unus,”] inquit, “erit omnibus imperans, et non erunt ultra duo gentes, nec dividentur amplius in duo regna.”⁴

Regnum ergo vestrum in terris sit semper [pace] stabilitum! Regnum quoque Cœlestis Patriæ sit vobis [æternaliter] præparatum, excellentissime et præclarissime [domine rex], ad laudem Domini nostri Jesu Christi, Qui est Rex regum et Dominus dominantium. Amen.

¹ *alibi.*] In the text originally written “ibi,” but altered into “alibi” above the line.

² *Annuat hoc Deus.*] The bracket after these words indicates that the previous portion of the Dedication has been taken from the

MS. C.C.C. From this point the MS. Cotton. is used, except for the bracketed parts.

³ *tempore nostro.*] Temporibus nostris. C.C.C.

⁴ Ezekiel, xxxvii. 22.

Cambridge University Press

978-1-108-04262-8 - Liber de Illustribus Henricis
Edited by John Capgrave and Francis Charles Hingeston

Excerpt

[More information](#)

JOHANNIS CAPGRAVE

LIBER

DE ILLUSTRIBUS HENRICIS.¹

~~~~~

PRIMA PARS HUJUS OPERIS CONTINET SEX CAPITULA,  
SECUNDUM IMPERATORES<sup>2</sup> IN IMPERIO  
SUCCEDENTES.

~~~~~

DE HENRICO IMPERATORE PRIMO.

CAPITULUM PRIMUM.

GESTA imperialia conscripturus, hoc mihi summe Invocation requirendum puto, Ejus impetrare auxilium, Cujus ^{of the} Imperii fines sic usque dilatandas Propheta meminit, ^{Divine blessing on this Work.} ut diceret,—“ Multiplicabitur,” inquit, “ Ejus Imperium, cuius³ non erit finis.”⁴ Quisquis enim in imperio mundi sit⁵ sublimatus, et in Imperio Domini non [admissus], vel eidem Imperio contradicens, hic, etsi ad pauca⁶

¹ *De illustribus Henricis.*] The Cottonian MS., a beautiful, and, apparently, a presentation copy, has been adopted for the text. In the beginning and at the end many single words and sentences have been destroyed by fire, and these have been supplied within brackets

from the MS. C.C.C. Camb.

² *secundum imperatores.*] Secundum sex imperatores. C.C.C.

³ *cujus]* et pacis. C.C.C.

⁴ *Isaiah, ix. 7.*

⁵ *sit]* fuerit. C.C.C.

⁶ *ad pauca]* ad vota pauca. C.C.C.

A.D. 918. temporalia habeat, non dominationem in [fine exercet], nec¹ bona servitus sibi imputabitur, quippe quoniam² dominorum Domino servire [contradicens, aut] ignorans, aut contemnens, decessit.

Quapropter mundi³ rectores, qui et in numero illustrum Henricorum computari merentur, non Paganitatis errore [sunt] cæcati, nec sine poenitentia a mundo vocati, sed christianissimi viri, fide stabiles, moribus pacifici [facti sunt; et, si] qua, temptatore consurgente, aut carne [aliciente, mala] commiserunt, per poenitentiam salutarem [abluta sunt].

E quibus primus, tam ætate [quam honore constitutus], est vir iste, cuius genealogiam primo describendam puto.

A.D. 918.* Patrem habuit Octonem, ducem Saxonie strenuissimum, qui Hungaros, [Selavos, et ceteras gentes] subjugavit domino. Sorores habuit duas; una quæ copulata est Octoni, filio Adelstani, Anglorum monarchæ; et alteram, quam habuit in contubernio Lodewicus,

Aquitaniorum princeps. Sic enim patet quoniam et in [primordiis] suis imperium regno Angliae colligatum est, [propter inaudita] regum opera terræ ejusdem. Venerabilis⁴ domina Matilda, filia Theodorici, regis Saxonie,⁵ uxor erat huic strenuo, laudabili, et magnifico [domino, de] qua egressus est filius Octo, qui reduxit [imperium], a Longobardis diu usurpatum, ad [Francos, sicut] testantur gesta de iis prolixiore schemate.⁶ Sic enim dilatatis undique amicis [carnis et sanguinis] prospere regnavit, provide sua et suos gubernans. Dictum est autem quod, mortuo Lodewico, qui imperium tenuit, cuncti elegerunt Octonem,

¹ nec] sed nec. C.C.C.

² quoniam] qui. C.C.C.

*The differences between the ordinarily received Chronology and that of the present MS. are noted in the margin when they occur.

³ Quapropter mundi] Quapropter hi mundi. C.C.C.

⁴ Venerabilis domina] Venerabilis autem domina. C.C.C.

⁵ Saxonie] Saxonum. C.C.C.

⁶ schemate.] schemate conscripta. C.C.C.

Cambridge University Press

978-1-108-04262-8 - Liber de Illustribus Henricis
Edited by John Capgrave and Francis Charles Hingeston

Excerpt

[More information](#)

DE ILLUSTRIBUS HENRICIS.

7

patrem hujus Henrici ; qui molestiis¹ ætatis prægravatus, A.D. 918.
honori cessit, magis [elicens Deo] servire quam seculo.
Elegerunt [autem tunc Conradum] Primum, qui, anno
septimo [imperii sui] moriens, hunc imperatorem design-
navit [Henricum].

Henricus igitur in imperio sublimatus est anno Henry succeeds to the
[Domini] nongentesimo vicesimo, et regnavit prospere throne.
annis decem et octo.

Hic, in principio regni,² contra Hungaros et ceteros po- A.D. 919.
pulos grave bellum indixit, et, suffragante sibi Divina Hed Declares
protectione ac titulo veritatis, omnium victor. effectus, the Hun-
pace gaudebat. Non enim adquiritur pax præsentis and con-
seculi sine bello, sicut nec futuri, quanquam aliter. quers them.
Protestatur autem Sanctus Augustinus in multis
opusculis suis, quod nunquam bellum justum com-
mittitur nisi pro pace habenda.

Hic etiam vir, anno tertio imperii sui, [fures,] la- A.D. 920.
tronis, et incarceratos malefactores a vinculis absolvit, Henry
donans eis arma simul et divitias, quos contra prisoners
justitiæ et imperii inimicos bellatores against his
misit. enemies.

Super qua re nobis quæstio satis perplexa oritur, The Au-
[utrum] reges Christiani, necessitate urgente, incarce-
ratos absolvere possint ad jus regni tuendum. Et propriety
quoniam auctoritas mea non grandis est, intuendus of this.
est processus beati Thomæ de Aquino, in Secunda
Secundæ, Quæstione lxvii., articulo iii., in pede,³
ubi ait :—“ Dicendum⁴ est⁵ quod, sicut ex dictis patet,
duo sunt, quantum ad propositum pertinet, circa
judicem consideranda ; quorum unum est quod ipse

¹ *molestiis*] molestia. C.C.C.

1604, with which this whole passage has been collated.

² *regni*] regni sui. C.C.C.

⁴ *Dicendum.*] “ CONCLUSIO.—Po-
test superior judex panam reo relax-
are, si passus injuriam remittere
velit. Respondeo dicendum, etc.”
Th. Aquin.

³ *in pede.*] i.e. in the “ Conclusio ”
of “ Articulus iii.” See S. Thom.
Aquin. Summa Theologiae, 2^a. 2^r.
q. lxvii. art. iv. p. 130, Ed. Colon.
1604, — Cologne, Anton. Hierat.

⁵ *est.*] om. Th. Aquin.

Cambridge University Press

978-1-108-04262-8 - Liber de Illustribus Henricis
Edited by John Capgrave and Francis Charles Hingeston

Excerpt

[More information](#)

A.D. 920. habet judicare inter accusatorem et reum; [aliud autem est quod] ipse non fert judicii sententiam, quasi ex propria, sed quasi ex publica potestate. Duplici ergo ratione [impeditur] judex ne reum a pena absolvere possit. [Primo] quidem ex parte accusatoris, ad cuius jus quandoque pertinet ut reus puniatur; puta propter aliquam injuriam in ipsum commissam, cuius relaxatio [non est in] arbitrio alicujus judicis, quia quilibet judex tenetur jus suum reddere unicuique. Alio modo impeditur ex parte reipublicæ, cuius potestate fungitur; ad cuius bonum pertinet quod malefactores puniantur. Tamen¹ quantum ad hoc differt inter inferiores judices et supremum judicem, scilicet principem, cui est plenarie potestas publica commissa. Judex enim inferior non habet potestatem absolvendi reum a pena contra leges a superiore² sibi impositas. Unde super illud Johannis xix.^{—3} ‘Non haberes in me⁴ potestatem ullam, nisi tibi datum esset desuper,’⁵ dicit Augustinus, — ‘Talem Deus dederat Pilato potestatem, ut esset sub Cæsaris potestate, ne ei omnino liberum esset accusatum absolvere.’ Sed princeps qui habet plenariam potestatem in republica, si ille qui passus est injuriam nescit⁶ remittere, poterit reum licite absolvere, si hoc publicæ utilitati viderit non esse nocivum.” Hæc Thomas.

He decides
that the
Emperor
acted
rightly.

Dicimus ergo quod rex noster pro utilitate regni posset absolvere multos incarceratos, qui in terra et in mare fortiter resisterent inimicis, sub tutamento tamen aliorum. Nec ignorat dominus meus quales

¹ *Tamen*] Sed tamen. C.C.C. — Th. Aquin.

MSS.; “adversum me,” — Th. Aquin.

² *superiore*.] So written in C.C.C. and in Th. Aquin. The MS. Cotton. has “superiori.”

⁵ *nisi desuper*.] These words occur in both MSS., but are omitted in Th. Aquin.

³ S. John, xix. 11.

⁶ *nescit*.] Thus written in both

⁴ *in me*.] Thus written in both

MSS.; “velit eam” in Th. Aquin.

Cambridge University Press

978-1-108-04262-8 - Liber de Illustribus Henricis
Edited by John Capgrave and Francis Charles Hingeston

Excerpt

[More information](#)

DE ILLUSTРИBUS HENRICIS.

9

sunt qui incarcerantur, quam agiles, quam [fortes], A.D. 920.. et multi propter levissimas, ut dicitur, causas. Hic enim supradictus imperator, ut ad priora redeamus, non sine consilio virorum providorum id egisse putandus est.

Fertur enim de isto viro magnifico, quod lanceam A.D. 927. mirandi operis, sanguine Domini Jesu sanctificatam, Story of the sacred ad imperiale possessionem convexit. Quo autem spear. ordine a Magno Constantino usque ad tempora hæc, translata atque possessa sit, sic tradunt auctores. Moriens enim Constantinus donavit illam regi Bur- gundiorum Rodulpho. Rodulphus autem abscedens do- navit illam Samsoni comiti, a quo rex almus et imperator Henricus precibus, minis, et muneribus, data sibi etiam parte provinciæ Suevorum, extorsit, et hanc ad insigne et tutamentum imperii posteris reliquit. Acta sunt autem hæc anno regni ejus decimo.

O devotio militis Christi, qui tam ardenter quæsivit Eulogy on ferrum, quo, aperta archa, pax evolavit, et iterum ad the Em- peror. eam rediens olivam detulit pacis! Ostium enim in latere archæ quam Noe fabricavit, vulnus lateris Christi, secundum auctores, designat. Decet enim reges talia insignia quærere et investigare, ac ad incrementum Fidei, et devotionem augendam, in publico collocare.

Quomodo enim, aut a quibus personis, servata hæc Legend. lancea fuit, vel ubi reposita, non cito invenitur. Scribit tamen auctor Commotionis Ierosolomitanae, quæ facta est circa annum Domini¹ millesimum nonagesimum sextum, quod lancea Domini apud Antiochiam inventa sit, præsente comite Godfrido, qui postea factus est rex Ierusalem. Scribit autem sic :—“In illa,²” inquit, “expeditione, antequam Antiochia caperetur, apparuit Sanctus Andreas cuidam rustico simplici,³ dicens : ‘Veni,

¹ Domini.] Christi. C.C.C.

nicle of Martinus Polonus, Cologne, 1616.

“² In illa,” &c.] This passage occurs in chap. clxviii. of the Chro-

³ simplici.] Mart. Polonus here adds the words “Provinciali genete.”

Cambridge University Press

978-1-108-04262-8 - Liber de Illustribus Henricis
Edited by John Capgrave and Francis Charles Hingeston

Excerpt

[More information](#)

10

JOHANNES CAPGRAVE

A.D. 927. ostendam tibi lanceam, qua perforatum¹ est latus Jesu Christi.' Qui rusticus, cuncta civitate præsente,² Godfrido³ comite, et capellano suo, in ecclesia Sancti Petri, fodiens⁴ in loco de quo revelationem acceperat,⁵ lanceam invenit.⁶ Doubtantibus autem plerisque utrum lancea esset Christi, quidam, Bartholomæus nomine, cui⁷ Christus apparens de lancea certificavit, cum ipsa lancea per ignem tredecim pedum⁸ illæsus transivit." Hæc excerpta sunt ex dicto [auctore].

Submission of the King of France. De prædicto autem imperatore item legitur quod Carolus, qui tunc rex Francorum erat, submisit se sibi et regnum suum in perpetuum; et in signum et pignus perpetui foederis, misit brachium martyris Dionysii, auro et gemmis involutum. Et quoniam multi dishonestum putant ut brachia Sanctorum, aut membra, post mortem amputentur et donentur, nos, exempla Patrum sequentes, putamus satis congruum fore, dummodo talia non vendantur, sed iis qui magnam ad hos Sanctos devotionem habent libere concedantur. Unde et de Leone Papa Quarto quod [consimiliter] fecerit sic legitur—"Præmisso," inquit,⁹ "[jejunio, et oratione] fusa, dedit dominus Papa Karolo Magno [de] Corona Domini partem, et de spina, quæ tunc floruit, ipso cernente, et unum clavum Passionis Domini, atque partem Crucis Dominicæ, sudarium quoque Domini, et camisiam Beatæ Virginis, ac novissime brachium

¹ *perforatum.*] The MSS. have "perforatus" by mistake. Martinus has "qua perforatus fuit Jesus Christus," which accounts for the error.

² *cuncta civitate præsente.*] In both MSS.; capta civitate, præsente, etc. Mart. Pol.

³ *Godfrido.*] om. Mart. Pol.

⁴ *fodiens*] fodiens terram. Mart. Pol.

⁵ *habuerat.*] In both MSS.; accep-
erat. Mart. Pol.

⁶ *invenit.*] Martinus here adds:—

"anno millesimo octuagesimo nono."

⁷ *cui, &c.*] quem Christus, sibi appa-
rens, etc. Mart. Pol.

⁸ *pedum.*] Martinus here adds:—

"quem fieri jusserat."

⁹ *inquit.*] See the Chronicle of

Martinus Polonus. Chap. lxxiv.